



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De venditione facta à duobus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quando per parem diligentiam in aliam Civitatem per-
gendo, rem Domini maiori pretio vendis? Videris certe
non posse, quia, ut dixi num. 1. res pro Domino ven-
ditur, & quocunque portetur, Domini est, Domini quoque
fructificat; Quare videris solum posse tibi sumere ex-
pensas, laborisque portandi aestimationem, cetera vero
debere Domino restituere. Ex alia parte Dominus, cum
rem tibi vendendam tradit, censetur solum a te velle
pretium vulgare in sua Civitate per diligentiam mora-
lem conquistum, cetera tibi remittere, nec multum
curare videtur. Quare, quando hic animus Domini
probabiliter praesumitur, qui regulariter videtur, posse
presumi in rebus minutioribus: non apparet ratio con-
vincens, cur tam diligens venditor eo extraordinario
lucro sit defraudandus.

*§. X. An Mercatoris remissio faveat ementi
alieno nomine?*

1. **E**X dictis statue: Quid sentiendum, si famulo, vel
cuiuslibet mediatori, verbi gratia, Sartori ementi
pannum pro Domino, dicat Mercator, se remittere
aliquid de pretio consueti, quod est, verbi gratia, de-
cem aureorum, & se dare pro octo, idque sive propter
amicitiam cum ipso mediatore, sive ut ipsum alliciat ad
frequentandam suam officinam; Quid, inquam, sen-
tiendum est, poteritne iuste mediator, sibi eos duos au-
reos reservare? Statue, inquam, posse, quia hoc modo
Mercator de suo duo illa mediatori remittit. Lege Molin.
disp. 362. Cave autem, ne furtum pallies, quod certe ca-
vebis, quando duo illi aurei vere sunt de pretio iusto rei,
& vere Mercator sine fallacia, non nisi pretio hoc, id
est, aureis decem, rem illam vendere est consuetus; secus
non de suo Mercator dabit, sed de alieno: & rursus ca-
vebis, quando moralem diligentiam ad emendam rem
ab hoc, vel alio Mercatore, quanti potes, minoris, non
omittis: si enim hanc non apponas, dolum contra Do-
minum sine dubio committes.

*§. X. De Deceptionibus occurrentibus in venditione,
& emptione.*

1. **C**um de deceptionibus eiusmodi, quando fiunt ex
errore, & dolo, superius aliqua tetigimus. lib. 3.
cum de iur. cap. 3 §. 4. num. 21. hic in proprio loco
ea, quae nondum sunt explicata, breviter erunt pro-
ponenda.

De deceptione in pretio.

Quando quis recipit (praescindendo à libera re-
missione, quae, quando praesumitur intercedere, dixi
per hanc occasionem superius, tr. 2. cap. 9. §. 1. num. 3.
vide etiam infr. cap. 8. §. 2. num. 16.) pro sua re minus
pretium, quam valeat, vel magis, quam valeat, emit,
ipsi in foro externo non datur actio, si non sit defectus,
vel excessus ultra, vel infra dimidium (quis hic sit lege
num. 14. & habes apud Lessium lib. 2. cap. 21. disp. 4.
num. 20. & Fagundez lib. 5. de contract. cap. 40. num. 3.
quibus adde Castro Pal. de iustit. comm. disp. 5. part. 1.
§. 1. num. 3. & passim Iuristas), quia leges civiles volue-
runt rescere lites, unde & apud illas invenies, licere
ementibus, & vendentibus se invicem decipere usque ad
dimidiam partem iusti pretij: At omnes Theologi com-
muniter docent, debere restitui totum id cum eius fructi-
bus forte perceptis, quod in venditione accipitur ultra
iustum pretium, seu ultra iustum rei valorem, vel quod
in emptione de iusto non datur. Ratio est manifesta, quia
nemini licet in conscientia proximum, ne in obolo qui-
dem decipere.

Dixi (communiter) nam novissime Ioan. Escobar
Corro in tractatibus tribus selectissimis, tract. 1. de iuro-
que foro, art. 5. in calce artic. num. 36. sic habet: Con-
stanter asserimus, hanc propositionem probabilem esse, Le-

ges civiles, & Pontificia, quae sustinent contractum, seu
nisi, & venditionis, locationis, & condictionis, & similia
les (id est, similes emptioni, &c. non vero alii, quod debe-
bi gratia, Dotis, solutionis legati, census, &c. emenda ac-
pretio, mercedem, intellige vulgari, non legitime
enim legitime aut superius videmus ne in eodem
praeferri potest) etiam si, inquam, interveniat lesa parte
vel supra iustum pretium, dummodo dimidium non ex-
dat, iuste sunt & accepta, prout debent, nempe, ut
cique omni dolo, fraude, & falsa asseveratione, etiam si
cedunt in foro conscientia, & venditor pro maiori
& emptor pro minori iusti pretij, cum his conditioni-
bus manet in utroque foro, modo nescat commo-
pretium: id, quod dicitur pro pueris, mulieribus, &c. non
cis, si forte vel ob levitatem, vel insitiam inco-
parie agant, &c. Haec ex illo, quia praedictam con-
nam fuisse probat duodecim argumentis, quorum
praecipua sunt, tum quia leges, tum civiles, tum
iusticiae ita positive disponunt, nec solum permissum
tum quia Princeps potest transferre dominium rem
in alterum, tum quia Conventiones, & pacta
fraude iniusta servari in conscientia debent, &c. lib.
g. Lessium lib. 2. cap. 2. dub. 4. numero 21. de Le-
tione secundo, de iustit. d. 26. sect. 6. & Sancti. Th.
Navar. Molin. Salas al. & quae ab eisdem citat.
adde Castro Pal. de iustitia commutat. disp. 5. part. 1.
§. 1. num. 3.
Notarium tamen facientem scripturam de venditione
cum lesione infra dimidium, excolo à peccato, & non
fingit aliam venditionem, sed illam, prout est, publi-
scribit, quia ipsum excusat Officium suum in re publica
à publicis. Ita Sà, & Salas, quos citat, sequiturque Cas-
tro Pal. loco citato, num. 5.

De Venditione facta duobus.

2. **S**i res nondum fuit tradita secundo emptori, &
netur venditor eam priori tradere: Qui prior est emptor
prior est in iure; Si autem res tradita sit secundo emptori,
hic antefectur priori, quia traditio dominium trans-
fert, atque adeo secundus habebit ius in re, quod est
fortius, quam ius ad rem, quod solum habebat prior;
hoc tamen casu venditor puniatur poena falsi, si pater-
tus, si iuramentum adhaeruerit, tenebiturque omnia dam-
na solvere priori; Qui prior emptor contra venditorem
habet solum actionem personalem, non autem realem
in ipsam rem venditam. Quae dicta sunt, habent locum
in locatione, & donatione, si quando duobus eadem res
locetur, doneturque.

3. **S**unt, nihilominus aliquot casus, in quibus pater-
endus est prior emens, licet res sit posteriori tradi-
ta. Primò, quando prior iam solvit pretium. Secundò,
quando est adhibitum pactum de non vendenda re
alteri, vel ipsa res est data in pignus ipsi priori
emptori. Tertiò, quando in prima emptione est po-
posita clausula constituitur, hoc est, quando venditor
constituit se nomine emptoris rem illam possidere.
Quartò, quando prior emptor est Ecclesia, vel bo-
cus pius. Quintò, quando secundus emptor emi-
mala fide, hoc est, sciens esse alteri venditam; Quae
omnia vide apud Doctores latius, Molin. disputatio-
ne 322. & disputatione 569. Fagundez loco citato, &
trigesimo sexto, Lessium, dubitatione decimanona, & postea
apud quos etiam habes, quidnam sit praerogativa, quae
dos quis aliquid alicui vendit, & deinde alteri de-
bet, vel contrà.

Quando quis obligat operam suam singulis in
dum, & illa aequè commoda est singulis, verbi gra-
tia, eunti Romam, ut huc tuas literas ferat, an pro
sit alterum tantum accipere à me, si eodem unico la-
bore meas ferat. Lege apud Less. lib. 2. cap. 24. dub. 3.
num. 28. affirmantem, quia, inquit, an me à tua an
terius causâ car, non minuit aestimationem operae
pectu singulorum. Sic si medicus uno, eodemque

seu balneo tres infirmos curare possit, tria integra stipendia iuste percipiet. Parique modo equum, qui tria dies debet Romam, ita tibi possem ad eundem locum remittere ac si pro te tantum redeat, quia sunt exempla eiusmodi.

De Lelli.
Dixi (in solidum) nam si obligatio fieret singulis pro obolo quodammodo, alia esset ratio. Nuntius, v.g. Ordinarius fecit, ut si per partem, alia esset ratio. Nuntius, v.g. Ordinarius fecit, ut si per partem, alia esset ratio. Nuntius, v.g. Ordinarius fecit, ut si per partem, alia esset ratio.

An idem sit dicendum de Commissariis, aliisque Ministeriis, qui uno die expediunt negotia multorum, multo magis vendere ulnam pro quatuor, & non tradere integram pannum ulnam, eo colore, ut sibi eiusmodi partem referant pro eo, quod d. est ad pretium rigorosum. Ita Molinarius d. 351. Ratio est, quia sic Mercator non ita tenetur contractui, & pacto inito cum emptore de vendenda illi integra panni ulna, & sic illum deciperet, ut in tantum tunc incommodum non raro sequens; nam emptori non sufficit, verbi gratia, pannus ad vestem suam comparandam, &c. nec sufficit huic emptori, cui necessaria est uncia electuarij, si tu occulte semi-unciam tradas.

Neminem puto refragaturum allatae doctrinae. Aliud est, quod probabiliter docent Tolet. Val. Sotus, Rebelli, alique, quos citat, sequiturque Salas dubio 35. n. 4. de fraudantem in pondere, vel mensura non teneri ad restitutionem, quando ita defraudat, ut si quid iuste compenisset: Aliud est, quod nos hactenus docuimus. Nam si lex de pretio alienius rei esset iniusta, vel ementis ex malitia convenirent solvere minus, quam verè re valeat: posset tunc ad se indemnem servandum, Mercator, quando propter coactionem non potest se à vendendo retrahere, aliquid diminueret de pondere, vel mensura.

Vina, verbi gratia, panni valet iuste quinque aureis, velum, sive ob legem iniustam, sive ob potentiam, sive ob malitiam emptorum, ipsi solvunt quatuor iuste Mercator dabit minus de ulna panni, quantum scilicet satis est ad suum iustum pretium supplendum; & Ratio est, quia pretium, quod solvitur, supponitur esse minus infirmo, atque adeo iniustum; quare Mercator sic diminuendo de merce, inducit aequalitatem, & ex alia parte emptori iniusto imputabitur damnum, quod ipsi eidem forte sequitur (nisi, in aliquo casu magni damni, aliud dicat charitas, &c.) At in casu numeri praecedentis, non ita, quia ibi pretium, quod emens solvit, licet infirmum, iustum tamen est. Et nihilominus puto, si Mercator omnino pretio summo volebat vendere, ad quod cerè lus habet, & emens compelleret iniuste ad vendendum infirmo: posse tunc Mercatorem sibi pretium summum, diminuendo de mensura compensare, quia tunc reddit ratio suae indemnitas, & damnum emptori fortè obveniens, ipsimet merito imputabitur, ut dictum est.

Hoc pertinet, quando praetextu, quoddam vili pretio vendis, rem de industria deteriore reddis, miscalas, verbi gratia, aquam vno, & vendis eo vili pretio, quo

re vera illud vinum ea dilutum aqua valet. In quo casu dux expendi debent difficultates: Altera, an tunc pecces contra ementes? Et huius dissolutio colligitur ex mox dicendis à num. 11. & praesertim num. 27. Altera, an pecces contra alios Mercatores, ad quos non accedent emptores, quia allesti à vili pretio, quo tu vendis, ad te confluent? Atque ad hanc breviter respondeo, te peccare cum obligatione restituendi Mercatoribus, quanti ex morali iudicio eorum interest hoc tuum stratagemata. Ratio est, quia quilibet habet ius iustitiae, ne vi, vel fraude à suo lucro deturbetur: tu verò in hoc casu per tuam fraudem divellis Mercatores ab ipsorum iuste sperato lucro. Quod cerè peccatum, restitutionisque onus tu non contraheres, si solum decresceres in pretio tui puri vini: nam tunc sine fraude, & quidem bonis artibus ad te emptores alliceret, & per accidens ab aliis Mercatoribus averteret. Lege Bardi lib. 1. *Sel. questio. 2. sect. 1. num. 14.* id fuisse prosequentem, de Lugo tom. 2. de iustitia, disput. 26. n. 135. & Dian. part. 1. tr. 8. resp. 80.

Venditio rei villioris mixta cum pretiosiore.

6. Ab Argentariis, & similibus icitè venditur argentum, & aurum mixtum cum eo metalli genere, quod dicitur *Lega*; à Ferrariis ferrum mistum aliquibus granis arenae; à Fabricaldariis æs mixtum cum modico ferro; à Vinitoribus mustum, ad quod decoquendum, necessaria addenda est modica aqua, &c. modo serventur tria. Primò, ut misceatur solum id, quod est necessarium ex arte. Secundò, quod consuetum. Tertio, in parva quantitate. Ita Azor. p. 3. lib. 8. de empto & vendito. cap. 23. quest. 3. ex Cordub. in sum. quest. 8. Ratio est, quia hæc ita communiter aestimantur, & venduntur in foro.

An vino misceri aqua, ac frumento misceri fecale, vel quid simile, liceat, innui supra, §. 3. n. 4.

Vendere quid, pro quo.

7. Vitium id Pharmaco-polarum est familiare, qui aquas ex herbis extractas, ipsas herbas, radiceve, & varia electuaria ab emptoribus expetita, cum in promptu aliquando non habeant, alia non absimilis virtutis tradunt, ne in ipsorum Officinis deesse illa emptores conquerantur, minusque propterea illam frequentent.

8. Profectò, si certum evidenter esset, eas supposititias res iisdem prorsus pollere virtutibus, nullius culpæ hunc vendentem condemnarem: ceterum dum unum pro alio tradis: Primò, ementem decipis, dando aliam substantiam ab expetita. Secundò, accipis certum pretium, pro incerto medicamento. Tertio, infirmi salutem non consulis; & utinam illam aliquando non offendas, dum, Medico mandante quoddam electuarij genus, tu aliud, quod tibi videtur non dissimile, cum dissimile forte sit, invito porrigis.

9. Solum ergo te à gravi culpa excuso, quando, ut dixi, certus es de aequalitate virtutis, seu, ut universalius loquar, quando certus es fore æquè, vel quæ æquè utilem rem ementi; tunc enim is non erit probabiliter invitatus graviter in ea re emenda. Rursus si cerè prævideas damnum fore admodum leve, culpa reduceretur ad levitatem, ratione parvitatis mareræ. Quid enim damni gravis est, verbi gratia, si ad usum comedendi iusto pretio tradas unum genus piscium, pro alio parum diverso, Vinum Chium pro Cretico, &c. Ita Toletus, Valent. Ledesma, Sotus, Salon, alique, quos citat, sequiturque Salas de emptione, dub. 35. cir. num. 1.

10. Quoad restitutionem: Certum est, te debere restituere excessum pretij, si forte à te acceptus est supra iustum pretium rei, quam tradidisti, (etiamsi eiusdem fuerit utilitatis) vel supra pretium, quo em-